



Gratiarum actio post Missam.

Indulgentia unius anni pro recitatione, præter illam consueti Cantici *Benedicite*, et Psalmi *Laudate*, eum Versiculis et tribus Orationibus adnexis, duarum Orat. S. Thomæ *Gratias tibi ago*, et S. Bonaventuræ *Transfige*.
(Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.)

Añã. Trium puerorum *
cantemus hymnum : quem
cantabant sancti in ca-
mino ignis, benedicentes
Dóminum. (T. P. Alleluia.)

In Dupplicibus duplicatur.

Canticum. Benedicite. 23.
In fine non dicitur Glória.

Psalm. Laudate Dómi-
num in sanctis ejus. 25.

In fine Glória Patri.

Postea repetitur Añã.

Deinde Sacerdos dicit.
Kyrie eléison. Christe
eléison. Kyrie eléison.

Pater noster.

¶ Et ne nos indúcas in
tentatióem. **R.** Sed líbe-
ra nos a malo.

¶ Confiteántur tibi Dó-
mine ómnia ópera tua.
R. Et sancti tui benedi-
cant tibi.

¶ Exsultábunt sancti in
glória. **R.** Lætabúntur in
cubilibus suis.

¶ Non nobis Dómine,
non nobis. **R.** Sed nómini
tuo da glóriam.

¶ Dómine exáudi ora-
tiónem meam. **R.** Et cla-
mor meus ad te véniat.

¶ Dóminus vobiscum.
R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

DEus, qui tribus púeris
mitigásti flammæ
ignium : concède propí-
tius, ut nos fámulos tuos
non exúrat flamma vitió-
rum.

Actiões nostras, quæ-
sumus Dómine, aspi-
rándo præveni, et adju-
vándó proséquere : ut
cuncta nostra orátio et

operátio a te semper inci-
piat, et per te cœpta
finiátur.

DA nobis, quæsumus
Dómine, vitiórum no-
strórum flammæ exstín-
guere; qui beáto Laurén-
tio tribuísti tormentórum
suórum incéndia superá-
re. Per Christum Dóminum
nostrum. **R.** Amen.

**Oratio S. Thomæ
Aquinatis.**

GRátias tibi ago, Dó-
mine sancte, Pater
omnípotens, ætérne Deus,
qui me peccatórem, indí-
gnum fámulum tuum, nul-
lis meis méritis, sed sola
dignatióne misericórdiæ
tuæ satiáre dignátus es
pretiósó corpore et sán-
guine Fílii tui Dómini no-
stri Jesu Christi. Et pre-
cor, ut hæc sancta com-
múnio non sit mihi reátus
ad pœnam, sed intercésio
salutáris ad véniam. Sit
mihi armátúra fidei, et
scutum bonæ voluntátis.
Sit vitiórum meórum eva-
cuátio, concupiscéntiæ et
libidinis exterminátio, ca-
ritátis et paciéntiæ, hu-
militátis et obediéntiæ,
omniúmque virtútum
augmentátio : contra insí-
días inimicórum meórum,
tam visibílium quam in-

visibílium, firma defénsio:
mótuum meórum, tam
carnálium, quam spiritua-
lium, perfectá quietátio :
in te uno ac vero Deo
firma adhæsió : atque
finis mei felix consummá-
tio. Et precor te, ut ad il-
lud ineffábile convívium
me peccatórem perdúcere
dignéris : ubi tu cum Fílio
tuo et Spíritu sancto, San-
ctis tuis es lux vera, sa-
tietas plena, gáudium
sempitérnum, jucúnditas
consummáta, et felicitas
perfectá. Per eúmdem
Christum Dóminum no-
strum. Amen.

Oratio S. Bonaventuræ.

TRansfige, dulcissime
Dómine Jesu, me-
dúllas et víscera ánimæ
meæ suavíssimo ac salu-
bérrimo amoris tui vul-
nere, vera, serenáque et
apostólica sanctíssima ca-
ritáte : ut lángueat et li-
quefiat ánima mea solo
semper amore et desidério
tui, te concupíscat, et de-
ficiat in átria tua, cúpiat
dissólvi, et esse tecum. Da,
ut ánima mea te esúriat,
panem Angelórum, refe-
ctiónem animárum san-
ctárum, panem nostrum
quotidiánum, supersub-
stantiálem, habéntem om-

nem dulcédinem et sapórem, et omne delectaméntum sua vitátis: te, in quem desiderant Angeli prospicere, semper esúriat, et cómedat cor meum, et dulcédine sapóris tui repleántur víscera ánimæ meæ: te semper sítiat fontem vitæ, fontem sapiéntiæ et sciéntiæ, fontem ætérni lúminis, torrémentem voluptátis, ubertátem domus Dei; te semper ámbiat, te quærat, te invéniat, ad te tendat, ad te pervéniat, te meditétur, te loquátur, et ómnia operétur in laudem et glóriam nóminis tui, cum humili-táte et discretiónem, cum dilectiónem et delectatióem, cum facilitátem et afféctum, cum perseverántiam usque in finem: et tu sis solus semper spes mea, tota fiducia mea, divítiam meam, delectatióem meam, jucúnditatem meam, gáudium meum, quies et tranqúillitas mea, pax mea, suávitatem meam, odor meus, dulcédinem meam, cibus meus, reféctiōem meam, refúgium meum, auxiliūm meum, sapiéntiam meam, pórtiōem meam, posséssiōem meam, thesáurum meum, in quo fixa et firma et immobiliter semper sit radicáta

mens mea, et cor meum. Amen.

Oratio de Passione Domini.

Indulgentia trium annorum. — Pius PP. IX. 11 Dec. 1846.

Obsecro te, dulcissime Dómine Jesu Christe, ut passio tua sit mihi virtus qua múniam, prótegar, atque deféndar: vúlnera tua sint mihi cibus potúsque, quibus pascar, inébrier, atque delécter: aspérsio sánguinis tui sit mihi ablútiō ómnium delictórum meórum: mors tua sit mihi glória sempitérna. In his sit mihi reféctio, exsultatiō, sánitas, et dulcédinem cordis mei. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum. Amen.

Piæ Aspirationes.

Indulg. 7 ann. semel in die, si hæc Oratio a Sacerdote post Missam recitetur; aliter 300 dierum toties quoties; si vero recitetur quotidie, indulg. plenaria semel in mense, conditionibus ordinariis. — Pius PP. IX. 9 Jan. 1854.

Anima Christi sanctifica me.
Corpus Christi salva me.
Sanguis Christi inébria me.
Aqua láteris Christi lava me.
Pássiō Christi confórta me.
O bone Jesu exáudi me.

Intra tua vúlnera abscón-de me.
Ne permíttas me separári a te.
Ab hoste maligno defénde me.
In hora mortis meæ voca me;
Et jube me veníre ad te,
Ut cum Sanctis tuis laudem te
In sæcula sæculórum.
Amen.

Bythmus S. Thomæ Aquinatis.

Indulgentia 100 dierum. — Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.

Adóro te devóte, latens Déitas,
Quæ sub his figúris vere látitas:
Tibi se cor meum totum súbjicit,
Quia te contémpans, totum déficit.
Visus, tactus, gustus in te fállitur,
Sed audítu solo tuto créditur:
Credo quidquid dixit Dei Fílius,
Nil hoc verbo Veritátis vérius.
In cruce latébat sola Déitas,
At hic latet simul et humánitas:
Ambo tamen credens, atque cónfitens,

Peto quod petivit latro pœnitens.
Plagas, sicut Thomas, non intúeor,
Deum tamen meum te confíteor:
Fac me tibi semper magis crédere,
In te spem habére, te diligere.
O memoriále mortis Dómini,
Panis vivus vitam præstans hómini:
Præsta meæ menti de te vívere,
Et te illi semper dulce sápere.
Pie pellicáne Jesu, Dómine,
Me immúndum munda tuo ságuine:
Cujus una stilla salvum fácere
Totum mundum quit ab omni scélere.
Jesu, quem velátum nunc aspício,
Oro, fiat illud, quod tam sítio:
Ut te reveláta cernens fácie,
Visu sim beátus tuæ glóriæ. Amen.
Ad SS. Cor Jesu.
V. Cor Jesu flagrans amóre nostri.
R. Inflámma cor nostrum amóre tui.

Orémus.

Concède quæsumus omnipotens Deus, ut qui in sanctissimo dilecti Filii tui corde gloriâtes, præcipua in nos caritatis ejus beneficia recólimus; eórum páriter et actu delectémur, et fructu. Per eúdem Christum Dóminum nostrum. Amen.

Oratio ad B. V. Mariam.

Indulgentia 100 dierum. — Leo PP. XIII. 20 Dec. 1884.

María, Virgo et Mater sanctissima, ecce suscépi dilectissimum Fílium tuum, quem immaculáto útero tuo concepisti, genuísti, lactásti atque sua víssimis amplexibus strinxísti. Ecce, cujus aspéctu lætabáris, et ómnibus delíciis replebáris, illum ipsum tibi humíliter et amánter repræsénto, et óffero tuis bráchiis constringéndum, tuo corde amándum, sanctissimæque Trinitáti in suprémum patriæ cultum, pro tui ipsíus honóre et glória, et pro meis, totiúsque mundi necessitatibus offeréndum. Rogo ergo te piíssima Mater, ímpetra mihi véniam ómnium peccatórum meórum, uberémque grátiam ipsi deinceps

fidélius serviéndo, ac déni- que grátiam finálem, ut eum tecum laudáre possim per ómnia sæcula sæculórum. Amen.

Oratio S. Augustini.

OSacratíssima, o serenissima et inciyta gloriósa Virgo María, quæ Creatórem ómnium creaturárum in tuo sacratissimo útero fuísti digna portáre, sólaque virgineo úbere lactáre: cujus veracíssimum, sacrumque corpus et sánguinem ego indignus peccátor modo súmere præsumpsi, tuam humíliter déprecor misericórdiam, ut apud ipsum pro me peccátore intercédere dignéris; ut quidquid in hoc tam ineffábili, ac digníssimo sacrificio, per me indignum, ignoránte, vel negligénte, aut accidentáliter, seu irreverénte, scílicet in tractádo et suméndo, ac ministrádo actum est, commissum, vel omíssum, tuis sacratíssimis précibus indulgére dignétur idem Dóminus noster Jesus Christus Fílius tuus, qui cum Patre et Spírítu sancto vivit et regnat in sæcula sæculórum. Amen.

Oratio ad S. Joseph.

Indulgentia 100 dierum. — Pius PP. IX. 4 Febr. 1877.

Virginum custos et pater, sancte Joseph, cujus fidéli custodiæ ipsa innocéntia Christus Jesus et Virgo Virginum Maria commissa fuit: Te per hoc utrúmque caríssimum pígnus Jesum et Mariam óbscero et obtéstor, ut me ab omni immundítia præservátum, mente incontamináta, puro corde, et casto corpore, Jesu et Mariæ semper faciás castíssime famulári. Amen.

Oblatio sui.

Indulgentia 300 dierum. — Leo PP. XIII. 26 Maii 1883.

Suscipe Dómine univérsam meam libertátem. Accipe memóriam, intelléctum, atque voluntátem omnem. Quidquid hábeo, vel possideo, mihi largítus es: id tibi totum restítuo, ac tuæ prorsus voluntáti tradogubernándum. Amórem tui solum cum grátia tua mihi dones, et dives sum satis, nec áliud quidquam ultra posco.

Oratio ad D. N. J. C. crucifixum.

Indulgentia plenaria pro illis qui, peracta sacramentali Confessione et sacra Communionem refecti, sequentem Orationem ante quamcumque D. N. J. C. crucifixi imaginem recitaverint, et pro S. Matris Ecclesiæ necessitatibus oraverint. — Pius PP. IX. 31 Julii 1858.



EN ego, o bone et dulcíssime Jesu, ante conspéctum tuum génibus me provólvo, ac máximo ánimi ardóre te oro, atque obtéstor, ut meum in cor vívidos fídei, spei et caritátis sensus, atque veram peccatórum meórum pœniténtiam, éaque emendándi firmíssimam voluntátem velis imprímere: dum magno ánimi afféctu et dolóre tua quinque vúlnera mecum ipse considéro, ac mente contémplo, illud præ óculis habens, quod jam in ore ponébat tuo David prophéta de te, o bone Jesu: Foderunt manus meas et pedes meos: dinumeravérunt ómnia ossa mea. (Ps. 21.)

Quinque Puncta

ANTE VEL POST COMMUNIONEM UTILISSIME RECITANDA.

I. Detestor et abominor omnia et singula peccata mea, et omnium aliorum commissa ab initio mundi usque in hanc horam, et deinceps usque ad finem mundi committenda : et, si possem, impedirem per gratiam Dei, quam simplex invoco.

II. Laudo et approbo omnia bona opera, facta a principio mundi usque in hanc horam, et deinceps usque in finem mundi facienda : et, si possem, ea multiplicarem per gratiam Dei, quam simplex invoco.

III. Intendo omnia facere, dicere et cogitare ad maiorem Dei gloriam, cum omnibus illis bonis intentionibus, quas Sancti unquam habuerunt, vel habebunt, vel habere possunt.

IV. Ignosco et dimitto ex toto corde meo omnibus inimicis meis, omnibus me calumniantibus, omnibus mihi detrahentibus, omnibus quocumque modo mihi nocentibus, vel volentibus mala.

V. Utinam omnes homines salvare possem moriendo pro singulis! Libenter id facerem per gratiam Dei, quam propterea suppliciter imploro, et sine qua nihil possum.

Oratio Clementis Papæ xj.

Credo Domine! sed credam firmitus. Spero Domine! sed sperem securius. Amo Domine! sed amem ardentius. Doleo Domine! sed doleam vehementius.

Adoro te, ut primum principium : desidero, ut finem ultimum : laudo, ut benefactorem perpetuum : invoco, ut defensorem propitium.

Tua me sapientia dirige : justitia contine : clementia solare : potentia protege.

Offero tibi Deus cogitanda, ut sint ad te : dicenda, ut sint de te : facienda, ut sint secundum te : ferenda, ut sint propter te.

Volo, quod vis : volo, quia vis : volo, quomodo vis : volo, quamdiu vis.

Oro Domine! intellectum illumines : voluntatem in-

flammes : corpus emundes : animam sanctifices. Desleam præteritas iniquitates : repellam futuras tentationes : corrigan vitiôsas propensiones : excollam idoneas virtutes.

Tribue mihi bone Deus amorem tui : odium mei : zelum proximi : contemptum mundi.

Studeam superioribus obedire : inferioribus subvenire : amicis consulere : inimicis parcere.

Vincam voluptatem austeritate : avaritiam largitate : iracundiam lenitate : tepiditatem pietate.

Redde me prudentem in consiliis : constantem in periculis : patientem in adversis : humilem in prosperis.

Fac Domine, ut sim in

oratione attentus : in epulis sobrius : in munere sedulus : in proposito firmus.

Curem habere innocentiam interiorem : modestiam exteriorem : conversationem exemplarem : vitam regularem.

Naturæ invigilem domandæ : gratiæ fovendæ : legi servandæ : salutî promerendæ.

Discam a te, quam tenue, quod terrenum : quam grande, quod divinum : quam breve, quod temporaneum : quam durabile, quod æternum.

Da, mortem præveniam : iudicium pertimeam : infernum effugiam : paradisum obtineam. Per Christum Dominum nostrum.

Amen.

Litaniæ Sanctissimi Nominis Jesu.

Yrie eléison.

Christe eléison.

Kyrie eléison.

Jesu audi nos.

Jesu exaudi nos.

Pater de coelis Deus, Misere nobis.

Fili Redemptor mundi Deus, misere nobis.

Spiritus sancte Deus, misere nobis.

Sancta Trinitas unus Deus, misere nobis.

Jesu Fili Dei vivi,

Jesu splendor Patris,

Jesu candor lucis æternæ,

Jesu rex gloriæ,

Jesu sol justitiæ,

Jesu Fili Mariæ Virginis,

Jesu amabilis,

Jesu admirabilis,

miserere nobis.

Jesu Deus fortis,
 Jesu pater futuri sæ-
 culi,
 Jesu magni consilii An-
 gele,
 Jesu potentissime,
 Jesu patientissime,
 Jesu obedientissime,
 Jesu mitis et humilis
 corde,
 Jesu amator castitatis,
 Jesu amator noster,
 Jesu Deus pacis,
 Jesu auctor vitæ,
 Jesu exemplar virtú-
 tum,
 Jesu zelator animarum,
 Jesu Deus noster,
 Jesu refugium nostrum,
 Jesu pater pauperum,
 Jesu thesaurer fidelium,
 Jesu bone pastor,
 Jesu lux vera,
 Jesu sapientia æterna,
 Jesu bonitas infinita,
 Jesu via et vita nostra,
 Jesu gaudium Angeló-
 rum,
 Jesu rex Patriarchá-
 rum,
 Jesu magister Aposto-
 lorum,
 Jesu doctor Evangeli-
 starum,
 Jesu fortitudo Márti-
 rum,
 Jesu lumen Confessó-
 rum,
 Jesu puritas Virginum,

Jesu corona Sanctorum
 omnium, miserere no-
 bis.
 Propitius esto, Parce nobis
 Jesu.
 Propitius esto, Exaudi nos
 Jesu.
 Ab omni malo, Libera nos
 Jesu.
 Ab omni peccato,
 Ab ira tua,
 Ab insidiis diaboli,
 A spiritu fornicatió-
 nis,
 A morte perpétua,
 A neglectu inspiratió-
 num tuarum,
 Per mysterium sanctæ
 incarnationis tuæ,
 Per nativitatem tuam,
 Per infantiam tuam,
 Per divinissimam vi-
 tam tuam,
 Per labores tuos,
 Per agoniam et passio-
 nem tuam,
 Per crucem et dereli-
 ctionem tuam,
 Per languores tuos,
 Per mortem et sepultú-
 ram tuam,
 Per resurrectionem
 tuam,
 Per ascensionem tuam,
 Per gaudia tua,
 Per gloriam tuam,
 Agnus Dei, qui tollis pec-
 cata mundi, Parce no-
 bis Jesu.

miserere nobis.

libera nos Jesu.

Agnus Dei, qui tollis pec-
 cata mundi, Exaudi nos
 Jesu.

Agnus Dei, qui tollis pec-
 cata mundi, Miserere
 nobis Jesu.

Jesu audi nos.

Jesu exaudi nos.

Orémus.

Domine Jesu Christe,
 qui dixisti : Petite,
 et accipietis ; quaerite, et
 inveniatis ; pulsate, et ape-
 riatur vobis : quæsumus,
 da nobis petentibus divi-
 nissimi tui amoris affé-
 ctum, ut te toto corde, ore

et opere diligamus, et a
 tua nunquam laude ces-
 semus.

Sancti Nominis tui Dó-
 mine timorem pári-
 ter et amorem fac nos ha-
 bere perpétuum : quia
 nunquam tua guberna-
 tione destituis, quos in so-
 litudine tuæ dilectionis
 instituis. Per Dóminum
 nostrum Jesum Christum
 Filium tuum : Qui tecum
 vivit et regnat in unitate
 Spíritus sancti Deus, per
 omnia sæcula sæculorum.
 ✠. Amen.

Litanie de Sacratissimo Corde Jesu.



Kyrie eléison.
 Christe eléison.
 Kyrie eléison.

Christe audi nos.

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis Deus, Mi-
 serere nobis.

Fili Redemptor mundi
 Deus, miserere nobis.

Spíritus sancte Deus, mi-
 serere nobis.

Sancta Trinitas unus
 Deus, miserere nobis.

1. Cor Jesu, Filii Patris
 æterni, miserere nobis.

2. Cor Jesu, in sinu Vir-
 ginis Matris a Spíritu
 sancto formatum, mise-
 rere nobis.

3. Cor Jesu, Verbo Dei
 substantialiter unum,
 miserere nobis.

4. Cor Jesu, Majestatis
 infinitæ, miserere nobis.

5. Cor Jesu, Templum Dei
 sanctum, miserere nob.

6. Cor Jesu, Tabernacu-
 lum Altissimi, miserere
 nobis.

7. Cor Jesu, Domus Dei
 et porta cœli, miserere
 nobis.

8. Cor Jesu, fornax ar-
 dens caritatis, miserere
 nobis.

9. Cor Jesu, justitiæ et
 amoris receptaculum,
 miserere nobis.

- | | |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| <p>10. Cor Jesu, bonitâte et amore plenum, miserere nobis.</p> <p>11. Cor Jesu, virtutum omnium abyssus, miserere nobis.</p> <p>12. Cor Jesu, omni laude dignissimum, miserere nobis.</p> <p>13. Cor Jesu, rex et centrum omnium cordium, miserere nobis.</p> <p>14. Cor Jesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae, miserere nobis.</p> <p>15. Cor Jesu, in quo habitat omnis plenitudo divinitatis, miserere nobis.</p> <p>16. Cor Jesu, in quo Pater sibi bene complacuit, miserere nobis.</p> <p>17. Cor Jesu, de cujus plenitudine omnes nos accipimus, miserere nobis.</p> <p>18. Cor Jesu, desiderium collium aeternorum, miserere nobis.</p> <p>19. Cor Jesu, patiens et multae misericordiae, miserere nobis.</p> <p>20. Cor Jesu, dives in omnes qui invocant Te, miserere nobis.</p> <p>21. Cor Jesu, fons vitae et sanctitatis, miserere nobis.</p> <p>22. Cor Jesu, propitiatio pro peccatis nostris, miserere nobis.</p> | <p>23. Cor Jesu, saturatum opprobriis, miserere nobis.</p> <p>24. Cor Jesu, attritum propter scelera nostra, miserere nobis.</p> <p>25. Cor Jesu, usque ad mortem obediens factum, miserere nobis.</p> <p>26. Cor Jesu, lancea perforatum, miserere nobis.</p> <p>27. Cor Jesu, fons totius consolationis, miserere nobis.</p> <p>28. Cor Jesu, vita et resurrectio nostra, miserere nobis.</p> <p>29. Cor Jesu, pax et reconciliatio nostra, miserere nobis.</p> <p>30. Cor Jesu, victima peccatorum, miserere nobis.</p> <p>31. Cor Jesu, salus in Te sperantium, miserere nobis.</p> <p>32. Cor Jesu, spes in Te morientium, miserere nobis.</p> <p>33. Cor Jesu, deliciae Sanctorum omnium, miserere nobis.</p> <p>Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Parce nobis Domine.</p> <p>Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Exaudi nos Domine.</p> |
|------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|----------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, Miserere nobis.
V. Jesu mitis et humilis Corde.

R. Fac cor nostrum secundum Cor tuum.
 Oremus.

OMnipotens sempiternus Deus, respice in Cor dilectissimi Filii tui, et in laudes et satisfactiones,

quas in nomine peccatorum tibi persolvit, usque misericordiam tuam petentibus Tu veniam concede placatus, in nomine ejusdem Filii tui Jesu Christi, qui tecum vivit et regnat in unitate Spiritus sancti Deus, per omnia saecula saeculorum.
R. Amen.

Litaniae Lauretanae B. Mariae V.



Kyrie eleison.
 Christe eleison.
 Kyrie eleison.
 Christe audi nos.
 Christe exaudi nos.
 Pater de caelis Deus, Miserere nobis.
 Fili Redemptor mundi Deus, miserere nobis.
 Spiritus sancte Deus, miserere nobis.
 Sancta Trinitas unus Deus, miserere nobis.
 Sancta Maria, Ora pro nobis.
 Sancta Dei Genitrix,
 Sancta Virgo virginum,
 Mater Christi,
 Mater divinae gratiae,
 Mater purissima,
 Mater castissima,
 Mater inviolata,
 Mater intemerata,
 Mater amabilis,

Mater admirabilis,
 Mater Creatoris,
 Mater Salvatoris,
 Virgo prudentissima,
 Virgo veneranda,
 Virgo praedicanda,
 Virgo potens,
 Virgo clemens,
 Virgo fidelis,
 Speculum justitiae,
 Sedes sapientiae,
 Causa nostrae laetitiae,
 Vas spirituale,
 Vas honorabile,
 Vas insigne devotionis,
 Rosa mystica,
 Turris Davidica,
 Turris eburnea,
 Domus aurea,
 Foederis arca,
 Janua caeli,
 Stella matutina,
 Salus infirmorum,

ora pro nobis.

ora pro nobis.

Refúgium peccató-
rum,
Consolátrix afflictó-
rum,
Auxílium Christianó-
rum,
Regína Angelórum,
Regína Patriarchá-
rum,
Regína Prophetárum,
Regína Apostolórum,
Regína Mártýrum,
Regína Confessórum,
Regína Vírginum,
Regína Sanctórum óm-
nium,
Regína sine labe origi-
náli concépta,
Regína sacratíssimi
Rosárii,
Agnus Dei, qui tollis pec-
cáta mundi, Parce no-
bis Dómine.

ora pro nobis.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cáta mundi, Exáudi nos
Dómine.

Agnus Dei, qui tollis pec-
cáta mundi, Miserére
nobis.

✠ Ora pro nobis sancta
Dei Génitrix. ✠ Ut digni
efficiámur promissionibus
Christi.

Orémus.

Concéde nos fámulos
tuos, quæsumus Dó-
mine Deus, perpétua men-
tis et córporis sanitate
gaudére : et gloriósa beá-
tæ Mariæ semper Vírginis
intercessióne, a præsénte
liberári tristítia, et æté-
na pérfrui lætítia. Per
Christum Dóminum no-
strum.

✠. Amen.



Index Alphabeticus Psalmorum et Canticorum.

Psalmi.

119



D Dominum cum
tribularer . . . 153

27 Ad te Domi-
ne clamabo . . . 55

24 Ad te Domi-
ne levavi . . . 37

122 Ad te levavi oculos . . . 157

28 Afferte Domino filii . . . 56

77 Attendite popule meus . . . 107

48 Audite hæc omnes . . . 82

118 BEATI immaculati . . . 29

127 Beati omnes, qui timent . . . 159

31 Beati, quorum remissæ . . . 59

40 Beatus qui intelligit . . . 76

1 Beatus vir, qui non abiit . . . 4

111 Beatus vir, qui timet . . . 148

33 Benedicam Dominum . . . 60

102 Benedic anima mea... et
omnia . . . 132

103 Benedic anima mea... Do-
mine . . . 133

143 Benedictus Dominus . . . 169

84 Benedixisti Domine . . . 118

91 Bonum est confiteri . . . 130

95 CANTATE Domino...
cantate . . . 124

149 Cantate Domino... laus . . . 24

97 Cantate Domino... quia . . . 128

18 Cœli enarrant . . . 17

74 Confitebimur tibi . . . 105

110 Confitebor tibi... in consi-
lio . . . 148

9 Confitebor tibi... narrabo . . . 8

137 Confitebor tibi... quoniam . . . 165

104 Confitemini... et invocate . . . 135

106 Confitemini... Dicat . . . 139

117 Confitemini... Dicat . . . 27

105 Confitemini... Quis . . . 137

135 Confitemini... quoniam . . . 163

15 Conserva me Domine . . . 13

115 Credidi, propter quod . . . 152

4 Cum invocarem . . . 176

129 DE PROFUNDIS . . . 160

43 Deus auribus nostris . . . 78

49 Deus deorum Dominus . . . 83

62 Deus Deus meus ad te . . . 22

21 Deus Deus meus respice . . . 39

69 Deus in adjutorium . . . 100

53 Deus in nomine tuo . . . 27

71 Deus iudicium tuum . . . 102

108 Deus laudem meam . . . 142

66 Deus misereatur nostri . . . 22

45 Deus noster refugium . . . 80

82 Deus, quis similis . . . 116

59 Deus repulisti nos . . . 91

81 Deus stetit in synagoga . . . 116

78 Deus venerunt Gentes . . . 110

93 Deus ultionum Dominus . . . 123

114 Dilixi, quoniam exaudiet . . . 152

17 Diligam te Domine . . . 14

38 Dixi : Custodiam . . . 74

109 Dixit Dominus . . . 147

35 Dixit injustus . . . 63

52 Dixit insipiens... in iniqui-
tibus . . . 86

13 Dixit insipiens... in studiis . . . 11

140 Domine clamavi ad te . . . 167

7 Domine Deus meus . . . 6

87 Domine Deus salutis . . . 120

8 Domine Dominus noster . . . 7

142 Domine exaudi... auribus . . . 126

101 Domine exaudi... et cla-
mor . . . 131

20 Domine in virtute . . . 19

6 Domine, ne in furore...
Miserere . . . 6

37 Domine, ne in furore...
Quoniam . . . 65

130 Domine non est exaltatum . . . 160

138 Domine probasti me . . . 165

3 Domine quid multiplicati . . . 5

14 Domine quis habitabit . . . 12

89 Domine, refugium . . . 113

23 Domini est terra . . . 36

26 Dominus illuminatio . . . 55

22 Dominus regit me . . . 38

92 Dominus regnavit, deco-
rem . . . 21

96 Dominus regnavit, exsultet . . . 125

98 Dominus regnavit, ira-
scantur . . . 129

133 ECCE nunc benedicite . . . 177

132 Ecce quam bonum . . . 162

58 Eripe me de inimicis . . . 90

139 Eripe me Domine . . . 167

44 Eructavit cor meum . . . 79

144 Exaltabo te Deus . . . 170

29 Exaltabo te Domine . . . 57

19 Exaudiat te Dominus . . . 18

60 Exaudi Deus deprecatio-
nem . . . 91

63 Exaudi Deus... cum de-
precor . . . 92